diceres: Tamen duplices erant homines in progenie Lamech, ut fideles et infideles. Fideles illi non colebant ydola et fuerunt pauci, sed infideles illi colebant ydola et multi tales fuerunt. Modo illis non colentibus ydola fuit concessum habere plures uxores. Quomodo ergo matrimonii diffinicio, – quoad primum membrum – posset esse bona, nisi quod illis | fidelibus fuit K 58v[b]
permissum habere multas uxores ex causa necessaria, ne cultus Dei traderetur oblivioni? Et ideo hoc non fuit contra coniugium seu matrimonium.

– – – – – – – – – –

Secundo dicitur in difinicione matrimonii: 'personarum ydonearum'.

Pro primo est sciendum, quod quedam sunt persone ydonee, alique vero non. Ille persone dicuntur ydonee, que habent et possunt inter se contrahere matrimonium, sicut sunt ille persone, que non sunt eiusdem sangwinis. Sed persone, que sunt eiusdem sangwinis, ille sunt persone non ydonee, ut sunt fratres et sorores. Et hoc est, quod Moises antiquitus prohibuit, ne frater cum sorore aut nurus cum nepte nec cum sororis filia matrimonium contraheret. Diceres: Tamen antiquitus pater cum filia aut frater cum sorore matrimonium habuerunt. Nota: Urgente necessitate hoc fuit prohibitum.

Ex illo patet, quod non quelibet persona habet contrahere matrimonium cum qualibet alia persona, quia Cristianus cum pagana non vel cum Iudea. Et hoc est, quod dicit Deus: Ne coniungatis filios vestros filiabus aligenigenarum, |ne fornicentur. D 84v[a]

Item virgines consecrate non debent contrahere matrimonium, quia ille iam sunt desponsate uni viro inmortali, sicut Cristo. Item persona, que fecit votum continencie, non potest matrimonium contrahere. Ex isto patet, quod

---

**26** persona…contrahere] cfr PETR. LOMB., *Sent.* 4, 38, 2 (I, p. XXX); TH. AQ., *In IV Sententiarum*, dist. 38, lin. 8

---

**1** diceres ] dicens (?) *EP* **2** illi[1] ] *om. D* | non colebant ] *iteratur* **(PCH?)** *E* | fuerunt…et ] *om. D* **3** non ] *om. E* **4** habere ] haberet (?) *E* **5** membrum posset ] mellius possit *E* | illis ] *om. D* **6** permissum ] promissum *D* | multas ] plures *DE* | causa necessaria ] necessaria causa *D* **7** hoc ] *om. D* | coniugium…matrimonium ] matrimonium seu coniugium *D* **8** matrimonium ] contra matrimonium *P* **12** Secundo ] Et sic *B*, 2 *K*° **(vyhodit)** **13** primo ] illo *BDEKP* | quedam ] que *E* | alique ] quedam *B* | alique…ydonee ] *om. D* **14** ydonee ] *om. P* | habent et ] *om. D* | contrahere ] habere vel contrahere *D* **15** sunt[2] ] *om. D* | sangwinis ] sagwinis (grafika, **vyhodit**) *D* **16** sangwinis ] sagwinis (grafika, **vyhodit**) *P* | sunt[2]…non ] persone non sunt *D* | ut ] sicut *EP* **17** est ] *om. D* | Moises ] Moyses *BEDP* **(grafika, vyhodit)** | antiquitus prohibuit ] prohibuit antiquitus *D* **18** nepte ] nepote *BED* **(grafika, vyhodit)** | contraheret ] contrahetur *BKP* **20** Urgente ] Oriente *E* **21** habet ] debet *E*, potest *D* **22** non…Iudea ] vel cum Iudea non *B* | vel ] *inter lineas P* **23** coniungatis ] coniugatis *P* **24** aligenigenarum ] alienorum *ED*, alienigenarum *P* **26** iam ] *om. B* | sicut ] scilicet *DP* **27** isto ] illo *E*

---

**17** Moises] Lev. 20, 17; cfr Lev. 18 **23** Ne…fornicentur] cfr Exod. 34, 16